

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis o  
cum uariis

Non indues uestem ex lana linoque contextam. Per lanam simplicitas, per linum subtilitas designatur. Et nimirum uestis que ex lana linoque contextitur, linum interius celat lanamque exterius demonstrat. Vestem ergo ex lino lanaque contextam induit qui in locucione uel actione qua utitur, intus subtilitatem malicie cooperit, et simplicitatem foris innocencie ostendit.

Gregorius ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

contextam] contexam M; actione] induit *add. (del. intra)* M; foris] fortis L<sup>2</sup>; Gregorius  
*om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>